



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè  
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac  
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De operibus solidæque devotionis exercitiis, quæ vel quotidie non  
peraguntur, ves fusiore indigent explicatione, quomodo cum majori fructu  
peragi possint

**Limpens, Ferdinand**

**Coloniæ Agrippinæ, 1744**

Hora undecima Matutina.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54780](#)

## Hora decima Matutina.

**M**aria Mater Dei offero tibi in tributum &c. devotâ mente recito sequentes binas Ecclesiæ Collectas.

Defende quesumus Domine beatâ Mariâ semper Virgine intercedente istam ab omni adversitate familiam ( animam ) & toto corde tibi prostratam ab hostium propitiis tuere elementer insidiis. Per D. N. J. C. &c.

Famulis tuis quasumus Domine caelstis gratia munus impertire. Ut quibus B. V. partus extitis salutis exordium, Conceptionis ejus, Nativitatis & Visitationis ejus votiva solennitas pacis tribuat incrementum. Per D. N. J. C. &c.

## Ex Festis Maii.

**S**s. Philippe, Jacobe & Joannes Apostoli impetrare mihi pro felici morte patientiam invictam, & contra Dæmonem victoriam. Idem impetrare mihi hoc mense dati & dandi Patroni, &c.

## Hora undecima Matutina.

**M**aria Mater Dei offero tibi in tributum die achorâ hâc &c. devotâque mente perso- vo binas has Collectas.

Famulorum tuorum quasumus Domine delictis ignosce. Ut qui tibi placere de alibis nostris non valemus, Genitricis Filii tui Domini nostri intercessione salvemur. Per eundem Dominum nostrum, &c.

Inter-

*Solida devotionis exercitia.*

307

*Interveniat pro nobis quasumus Domine IESU  
Christe nunc & in hora moris nostra apud tuam  
clementiam beata Virgo Maria Mater tua. Cujus  
sacratissimam animam in hora tua passionis doloris  
gladius pertransiit. Per te IESU Christe Sal-  
vator mundi, qui cum Patre & Spiritu Sancto vi-  
vis & regnas in secula seculorum. Amen.*

*Ex Festis Junii.*

**S**ancte Joannes Baptista & Beate Aloysii impe-  
trate mihi pro felici morte conscientiam eti-  
am à venialibus peccatis mundam & innocentem.

**S**ancte Petre & Paule Apostolorum Principes  
impetrare mihi pro felici morte fidem vivam &  
solidam, quâ temptationibus resistam. Idem im-  
petrate mihi Patroni hoc mense, &c.

*Hora 12ma Matut.*

**M**aria Mater Dei offero tibi pro felice morte  
per te impetranda in tributum die ac horâ  
hâc &c. & devotâ mente recito Litanias Laure-  
tanâs cum Collectâ *Sub tuum præsidium. Gra-  
tiam tuam quasumus Domine. Et Sanctissima Ge-  
nitricis tuae Sponsi quasumus.* Item triplicem sa-  
lutationem Angelicam, quam vide hic Cap. 6,  
§. 2.

*Ex Festis Iulii.*

**S**ancta Maria Elisabetham visitans, & Mag-  
nificat canens, impetra mihi pro felici mor-  
te; ut migrans ex hac vita anima mea Dominum  
magnificet, ac post mortem exultet spiritus  
meus in Deo salutari meo.

S.